Noverint universi quod Nos Johannes Moratelli vicinatus de Kinosicho parrochie sancti Saturnini dominus utilis et proprietarius mansi Moratelli siti in dicto
vicinatu et parrochia et Anthonius Moratelli eius frater filii Raymundi Moratelli quondam dictorum vicinatus et parrochie confitemur et in veritate recognoscimus
vobis venerabili et Religiose domine Sibilie dei gratia abbatisse monasterii sancti Danielis Gerunde licet absenti quod ego dictus Johannes ratione dicti mansi
quem pro vobis teneo et ex quo vos et dictum monasterium consuevistis habere homines et mulieres census et alias servitutes et ambo eo quod dictus pater
noster ratione dicti mansi erat homo proprius et solidus vester et predecessorum vestrarum in dicto monasterio sumus et esse debemus homines proprii et solidi vestri et
succedencium vestrarum in dicto monasterio una cum omni prole nostra nata et nascitura et omnibus bonis nostris mobilibus presentibus et futuris Et in me
dicto Johanne et successoribus meis in dicto manso habetis intratas et exitas et in nobis ambobus intestias exorquias cuguciam redemptiones
et alias servitutes quas dominus directus habet et habere debet in hominibus et feminis suis propriis et solidis de consuetudine vel de jure. Quare promittimus
tibi vobis quod erimus vobis et successoribus vestris predictis boni fideles et legales de corpore et avere prout vasalli esse debent et tenentur
suo domino naturali. Et quod non intrabimus causa morandi castrum villam vel civitatem vel alium locum privilegiatum propter quod vos possitis nos
amittere et alia nos lucrari immo vos et succedentes vestras predictas pro dominabus nostris ubique reclamabimus. Et pro predictis attendendis et
complendis obligamus vobis et dictis vestris succedentibus et notario infrascripto tamquam publice persone predicta omnia et singula et etiam infrascripta
a nobis legitime stipulanti et recipienti nomine vestri absentis et omnium quorum interest et intererit ac potest et poterit interesse legitime stipulanti et
recipienti nos et omnia bona nostra ubique habita et habenda. Jurantes etiam sponte per deum et eius sancta quatuor evangelia corporaliter a nobis tacta
predicta omnia et singula et etiam infrascripta rata grata et firma semper habere tenere et servare ac ea attendere et complere et nullatenus contra
facere vel venire jure aliquo sive causa virtute cuius juramenti Renunciamus scienter super hiis omni exceptioni doli et metus et
actioni in factum et beneficio restitutionis in integrum et juri minoris etatis et omni alii juri hiis in contrarium venienti Et pro premissis
etiam servandis facimus homagium ore et manibus comendatum venerabili Bernardo de Villari bajulo dicti castri de sancto Saturnino ipsum homagium
nomine vestro et omnium quorum interest et intererit ac potest et poterit interesse recipienti Sic quod si contrafecerimus seu aliquis nostrum contrafecerit
simus et sit ille qui contrafecerit ipso facto perjuri proditores et bausatores juxta forum Aragonie et constitutiones Cathalonie generales.
Actum est hoc in parrochia de sancto Saturnino septima die junii anno anativitate domini millesimo Trecentesimo Nonagesimo secundo. Signum Signum
Johannis Moratelli et Anthonii Moratelli eius fratris predictorum qui hec firmamus et laudamus competerque juramus.

Testes huius Rei sunt Franciscus Anglade clericus degens in ecclesia de sancto Saturnino et Guillelmus de Colle notarius
de Gerundella.

Signum Andree Carnelli notarii publici constituti auctoritate regia a Guillelmo de Campolongo publico Gerunde notario hec scribi feci
clausi in suppositis per me in vii linea ... Gerunde.

T.323 X 340

S. Sadurni.
Mas Moratell.

Folio ~~208~~

homanatges del mas moratell de la parroquia de Sant Sadurni ...
Joan y Anton Moratell fills de Ramon. al 7 juny 1392.

n.º 1012

AC f 287v

N.º 5. del segon Llibre de S.t Sadurni

1073

N.º 62 Hom.s per dos Vann. del Moratell
S.t Sadurni Llibre 21, p 75

Llibre 21 folio 75

n.º 1012